



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

103. Dato, & concesso, dictum priuilegium Alexandri VI. fuisse reuocatum  
à Concilio Tridentino, an hodie Regulares possint saltem ex priuilegio Pij V.  
concesso post Tridentinum celebrare Missas ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. CIII.

*Data, & non concesso dictum privilegium Alexandri VI. fuisse reuocatum a Concilio Tridentino, an hodie Regulares possint saltem ex privilegio Pij V. concessam post Tridentinum celebrare tribus horis ante horum solis?*

*Et quid post meridiem, an inquam, etiam infra duas horas post meridiem; imò usque ad tres horas celebrare possint?*

*Et notatur non solum Sacerdotem Regularem, sed etiam quoscumque posse statim & illico post mediam noctem celebrare ad dandum Viaticum egroti extreme laboranti; & si sint ieiuni possint ad tres horas post meridiem celebrare ad dandum Viaticum egroti moribundo.*

*Et an in his casibus sit necessaria licentia Episcopi, si adsit?*

*Et notatur non esse peccatum mortale celebrare Missam usque ad horam nonam. Ex part. 10. tractat. 12. & Misc. 2. Ref. 26.*

§. 1. Negatiuam sententiam mordicus tenet nouissimè doctus Pater Hieronymus Garcias in *Summa Morali, tract. 3. difficile. 8. dub. 1. punct. 2. num. 17.* cuius verba hic per extensum apponam; sic itaque asserit: [La duda solo está en la inteligencia de los privilegios, si se ha de tomar de mas à mas el tiempo que ellos dan, de lo que arriba pusimos por derecho comun, ò solo como suena la letra de ellos; Suarez, *sect. 4. citata, §. tertia exceptio.* Rodriguez, *tom. 1. Q. Q. Regul. quest. 42. artic. 2. Mirand. tom. 1. quest. 40. art. 10. concl. 2. Tamburinus, quest. 7. citata, num. 4. Diana, part. 2. de celebrat. Missar. tract. 1. 4. resolut. 3. Gaucant. part. 1. tit. 1. §. num. 1. pretendem, que los privilegios han de obrar sobre todo el tiempo señalado arriba en el punto pasado, porque de razón del privilegio, es que obre sobre el derecho comun, y sino obrale de mas à mas todo lo que concede, no sería de provecho, lo qual no se ha de dezir, porque lo contrario está expressado *cap. Si Papa de Priuil. in 6.* de fuerte que dizen, que supuesto que de derecho comun en la opinion muy probable, y segura que hemos puesto arriba, se puede dezir dos horas antes de salir el Sol, que dando el privilegio vna hora, se podrá dezir tres horas antes de salir el Sol; porque ay en el Verano hora y media de crepusculo, ò aurora, y media antes que se pueda dezir Missa, segun lo determinamos en el punto pasado, son dos horas, y vna que añade el privilegio, vienen à ser tres horas. Pero esta opinion esplicada con esta latitud, no la tengo por segura, ni auxiliada à la mente de los Pontifices, que concedieron los privilegios, y assi respondo, y digo con Azor. *tom. 1. lib. 10. cap. 25. quastione 3.* Fagundez, *cap. 17. num. 4. & 5.* Valquez *cap. 1. num. 27.* Banny, *quest. 7. & 13. citatus*, que en el presente caso los privilegios tantum valent, quantum sonant, y que los Pontifices se fundan, no en la opinion probable de los Theologos, que alargan media hora à la aurora; ni en casos extraordinarios, que ocurre necessitas; sino en lo que tiene vez de derecho comun, que es la regla del Missal, la qual dize, que se celebre Missa ab aurora usque ad meridiem, y assi todo lo que passeren desto los privilegios, esse han de obrar, y no mas, y de lo demas se sigue grande inconueniente, como se ve en este caso: en Verano amanece, y rompe el crepusculo, ò alba à las tres, y vn quarto; en nuestra opinion se puede comenciar media hora antes del crepusculo, que se cria à las dos, y tres quartos, si à esto anadiessimos*

*Onia est Resol. 1. post præteritam, in §. Ex his, & supra in Ref. 100. §. vi. & infra in tractat. 2. Ref. 47. §. vltim. preceptum finem, à vers. Vnde. & in tom. 9. tit. 7. Ref. 49. §. Et si nostra privilegia.*

illius Conuentus ad totam Congregationem. Et quidem, licet in aliis Monasteriis non militet eadem ratio, propter quam illud priuilegium concessu fuit tali Ecclesie; adhuc videtur concessum omnibus, quia Benedictini per communicationem participant priuilegia familiae Cisterciensis Hispanie ex Concessione Clementis VIII. & Cistercienses illi participant priuilegia Ordinis S. Hieronymi ex concessione Gregorij XIV. Huic autem Ordini Pius IV. concessit, vt priuilegia extenderentur ab vno Conuentu ad alios omnes, etiam non existente in illis eadem causa: quare de primo ad vltimum, ij, qui participant priuilegia dicte Congregationis Benedictinorum, videntur habere adhuc illud priuilegium. Ita Lugo. Verum Tamburinus in dictis verbis, putat, Cardinalem de Lugo excludere Monasterium à dicto priuilegio; sic itaque asserit: *Opus de Sacrif. Missæ, lib. 1. cap. 5. §. 4. n. 12.* Addit idem de Lugo non posse quempiam vii hac concessione nisi in Ecclesia vt habet priuilegium, non verò vt habet Rodriguez, in Monasterio. Sed non deest pro Rodriguez defensio, nam nomine Ecclesie veniunt etiam Religiosorum claustra, vt ex Sacris testibus, & Glossa, notat Laurentius de Peyrinis. Vtrumque igitur est probabile. Ita Tamburinus; cuius sententia, licet ego adhaream, tamen puto contra ipsum Cardinalem Lugo à priuilegio in prædicto non velle monasteria excludere; quod patet, si attentè legatur Martinus de San Ioseph *vbi supra*, nam citando, & sequendo verba Cardin. Lugo in dicto priuilegio Alexandri VI. non solum includit Ecclesias Regularium, sed etiam eorum Monasteria. Et idem Hieronym. Garcias in *Summa Morali tr. 3. diff. 4. dub. 1. punct. 2. n. 15.* rectè se obseruat [Parece que este Autor (loquitor de Cardinali Lugo, *vbi supra*) habla de los Monges, quando dizen Missa fuera de su Monasterio, en cuyo caso, no podrian vsar del, y no habla de otros Monasterios, y de otros Religiosos, que participan.] Ita ille. Vide etiam Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 8. diff. 22. n. 10.*

2. Sed quicquid sit de hoc, difficultas est an Regulares hodie possint vii dicto priuilegio, & negatiuè respondet Garcias, *vbi supra*, n. 14. putat enim dictum priuilegium, & si quæ sunt familia fuisse reuocata per Concilium Tridentinum, & Bullam Pij V. & citat pro hac sententia Sorbum, Nauarum, Azorium, Salzedum, Rodriguez, Fagundez, Marcum de los Huertos, Peyrinum, Lezanam, & Alesanum Tamburinum; quibus adde Perficum de *Officio Sacerdot. lib. 1. cap. 5. dub. 18. num. 149.*

3. Verum ego non recedo à sententia negatiua, quam olim docui, & quam me citato docet Martinus de San Ioseph *vbi supra*; cui adde Cardinalem de Lugo n. 28. Dicastillum, num. 68. Thomam Tamburinum, n. 14. Ludouicum de San Iuan, in *Summa, quest. 12. de Sacram. Euchar. art. 3. dub. 1.* Ludou. Capensem in *Cur. Theol. tom. 2. tr. 23. disp. 3. sect. 2. n. 60.* Ad Concilium Tridentinum, & ad Bullam Pij V. in quibus se fundat Garcias, & alij. Respondeo, Tridentinum non reuocare priuilegia, sed tantum velle Ordinarios curare, ne Missæ celebrentur horis indebitis; non celebrantur autem horis indebitis Missæ; quæ celebrantur tempore, quo ex facultate Superioris licet; nec ex illa generali loquutione censentur reuocata priuilegia Religiosorum; id quod etiam aduertit Rodriguez in *Summa cap. 24. §. n. 1. & in Q. Q. Regular. §. 43. n. 5.* Additque huius sententia fuisse viros doctos, quibuscum rem hanc communicauit. Dicendum est itaque, hodie posse Regulares, stante dicto priuilegio Alexandri VI. dicere Missas in suis Ecclesiis, & Monasteriis, duabus horis post mediam noctem.

*Sta. hoc in Ref. 100. §. 5. Nov. de, & in Ref. 100. §. 5. casum in fine, & §. 5.*

vna hora de priuilegio, vendria à ser à la vna, y tres quartos; este exceso eo realidad de verdad que seria contra las reglas del Missal, contra la mente de los Pontifices, y contra la praxis, y costumbre de la Iglesia, y se escandalizaria quien lo viesse; luego los priuilegios no se han de estender tanto, sino solo lo que añaden desde la aurora, y desde medio dia.] Ita ille.

2. Sed in his non obstantibus, Ego non recedo à sententia, quam docui & præter Doctores vbi supra adductos à Garcia, docet nouissimè me citato Pater Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 6. q. 3. Idem docet, me citato, doctissimus P. Dicastillus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 4. n. 55. vbi sic asserit: Addunt multi apud Dianam citandum, ita intelligendum esse hoc præceptum, vt Missa finiatur sub principium auroræ, seu crepusculi; ita vt possit inchoari media hora ante crepusculum. Potest igitur Missa iuxta hanc doctrinam inchoari per duas ferè horas ante ortum Solis, aut etiam integras, quia parum pro nihilo reputatur. Vnde Religiosi, qui gaudent priuilegio celebrandi vna hora ante diem, possunt per tres horas ante ortum Solis absque alio priuilegio Missam inchoare. Legatur Diana 2. part. tract. 14. resol. 33. & Lugo citandus, qui rectè ad hominem impugnat Vasquium; quod sicut in meridie, non obstante, quod talis terminus assignetur, putat esse accipiendum tempus moraliter, etiam si sit aliquanto post meridiem; ita à parte ante moraliter sit accipiendum. Ita Dicastillus; cui adde Thomam Tamburinum Opus. de Sacrificio Missæ, lib. 1. c. 6. §. 4. n. 5. Tannerum, tom. 4. disp. 5. quæst. 10. dub. 4. n. 63. Hieronymum Rodriguez in Compen. Q. Q. Regular. ref. 25. num. 1. & me citato Quintana in Instruct. ordin. p. 5. §. 10. num. 1. & me citato, Pellizarium in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. subiect. 1. n. 97. vbi sic ait: Quæres quo tempore, & qua hora possint Regularès celebrare Missam. Respondeo, quod licet iure communi non possit celebrari Missa, neque ante auroræ, neque post meridiem, nisi in casu raro, ac existente rationabili causa; vt tradunt communiter Doctores apud Layman, lib. 5. tract. 5. cap. 4. & suadet vniuersalis consuetudo Ecclesiæ: Regularès tamen, ex priuilegio Bullato Gregorij XIII. concessio Patribus Societatis I E S U, cum licentia proprii Prælati possunt celebrare vna hora ante auroram, & vna hora post meridiem; adeoque possunt inchoare Missam tribus horis ante ascensum Solis, & infra duas horas post meridiem. Ita Suarez disp. 80. sect. 4. & probatur ex eo, quod cum priuilegium debeat operari aliquid vltra ius commune; priuilegium istud, concedens facultatem celebrandi vna hora ante auroram, & vna post meridiem, debet intelligi, vt concedat facultatem celebrandi vna hora ante, aut post tempus illud, quo iure communi licitum est celebrare: vnde fit, quod cum etiam sine priuilegio liceat celebrare duabus horis ante ascensum Solis, & infra horam post meridiem; vt priuilegij licebit celebrare tribus horis ante auroram, & infra duas post meridiem, imò & vsque ad tres horas iuxta Dianam part. 2. tract. 14. resol. 34. pro se citantem Ioann. de la Cruz. Hucusque Pellizarius. Vide etiam Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 13. n. 7. Vnde satis probabilem & tutam in praxi puto sententiam affirmatiuam, quam olim docui, & ante me, & post me tot viri sapientissimi docuerunt.

Sup. hoc in Ref. not. leg. §. 1. per totum, & infra prope finem Refol. 107. vers. & adducit, &c.

Quæ hic est Ref. post præteritam.

Quæ nunc hanc sequetur, in eius §. vlt. & infra in Ref. 108. §. Nota. & in Ref. 109. & 110. Sup. hoc in Ref. 1. post præteritam, cursim in fine, & infra in Ref. 133.

3. Nota hic obiter, non solum Sacerdotes Regularès, sed etiam quoscuque posse statim, & illico post mediam noctem celebrare ad dandum Viaticum ægroto extremè laboranti. Ita me citato, tenet Dicastillus vbi supra, n. 73. per benignam legis interpretationem, quæ in isto casu non videtur obligare. Idem, me citato, tenet etiam Leandrus vbi supra, n. 5. & me citato, Cardinalis de Lugo de Euchar. disp. 10. sect. 1. num. 26. & plures alij: quicquid in contrarium nominatim contra me asserat doctus, & amicus meus Garcias vbi supra, punct. 1. n. 3. in fine, cui adde Trullench de Sacrament. lib. 3. cap. 8. dub. 23. n. 2. qui hoc tantum concedit post vnam horam transacta media nocte: Sed tu ne discedas à nostra sententia, quam etiam tenet Caspensis, in Cur. Theolog. tom. 2. tract. 1. disp. 3. sect. 2. n. 63. Martinus de San Joseph in man. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 14. de Euchar. n. 13. & Auctus de Sacram. Euchar. q. 11. sect. 15. qui etiam notat cum Vasquez ad dandum Viaticum infirmo periclitando, posse Sacerdotem ieiunium celebrare ad tres horas post meridiem; quod etiam docet Caspensis vbi supra, præ, Castrus Palaus tom. 4. disp. 2. punct. 7. num. 24. & Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 6. quæst. 1. n. 4. vero in his casibus sit necessaria licentia Episcopi, si adest; alij affirmant; ego verò puto non requiri cum Ioanne Præposito in 3. part. D. Thoma, quæst. 8. art. 2. dub. 4. n. 240.

4. Et tandem nota Tannerum tom. 4. disp. 5. q. 10. dub. 4. n. 61. admittere tanquam probabilem opinionem Nauarj, & aliorum asserentium non esse peccatum mortale celebrare Missam vsque ad horam nonam; sed hoc mihi displicet, vt alibi probaui.

RESOL. CIV.

Sacerdos in qua hora possit finire Missam? Et notatur cursim Sacerdotem Feste diuinationis ieiunij impeditum posse Missam incipere vna hora post meridiem. Etiamque docetur, quod Religiosi ex sui priuilegio possunt celebrare vsque ad Nonam inclusiue, id est vsque ad tres horas post meridiem. Ex part. 2. art. 1. Refol. 34.

§. 1. Respondeo, vsque ad meridiem inclusiue. Verum est, quod Ioan. Andreas cap. 1. de celebrat. Missæ. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. c. 5. §. 14. n. 1. & Vasquez in 3. p. tom. 3. disp. 23. c. 4. n. 17. asserunt posse incipi Missam non multo post transactum meridiem, neque enim res hæc, quæ moralis est, ita moralitèr thematicè considerari debet: sed licet hoc asseratur, non assignant tamen tempus.

2. Ego verò multas opiniones circa tale tempus inuenio. Prima est Azorij p. 1. lib. 10. cap. 25. §. 6. qui asserit tertiam horæ partem sufficere, vt Sacerdos obsecratur mortalitèr peccare, differendo Missæ celebrationem post meridiem. Secunda opinio est Layman lib. 4. ar. 5. c. 14. n. 4. & Homoboni in exam. Eccl. part. 1. ar. 4. c. 14. g. 114. asserentium tale tempus esse medietatem horam. Tertia opinio est Martini Bonacine de Sacram. disp. 4. q. vlt. punct. 9. num. 6. qui asserit spatium trium quadrantium sufficere ad peccatum mortale. Quarta opinio est doctissimi Syluij in 3. p. q. 83. qui asserentis Sacerdotem posse celebrare post meridiem, dummodò non attingat spatium vnius horæ.

3. Religiosi verò ex sui priuilegijs, vt notat Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 2. de sac. Missæ. dub. 1. concl. 4. possunt celebrare vsque ad Nonam inclusiue, id est, vsque ad tres horas post meridiem. Notandum est etiam cum Henriquez, Miranda, Suarez, & alijs, quos citat & sequitur Layman vbi sup. Sacerdotem festo die ratione itineris impeditum, posse Missam incipere vna hora post meridiem.

RESOL.